

## PROBLEMA QUINTVM.

*Quomodo in cognitionem stellarum fixarum in hoc Horoscopio positarum nocte serena artificiose peruenire queas?*

**Q**uod si stellas fixas huius horoscopii voles in cœlo cognoscere, tabulas obserua sequentes in quibus dicto citius inuenire potes, qua hora stella proposita medium siue supremum cœli tangat. Sed & minuta simul cum horis scire cupis, gradum solarem eius diei quere ad sinistram, inter eos qui per 0. 5. 10. 15. 20. 25. sunt descripti, signum quocumque in quo Sol est require in lineis superioribus, & ibidem in angulo cœmuni horas cū minutis, quibus ad medium cœli stella contingit. Nec est quod mouearis gradum solis non semper precise & exacte ( quoniam saltus fit per 5. gradus ) inuenias, facillime. n. quæ sita ( more astronomico ) parte proportionali veram horæ cognitionem habebis & minutoꝝ, quãuis & idipsum adeo necessarium non est, siquidem vltra 3. gradus ea hora stella à cœli medio distare non poterit. Vt iam non semper opus sit partem inquirere proportiolem, sed sufficiat cū proxime vel precedenti vel sequenti gradu ingredi lateraliter, In angulo itaq; cœmuni horas etiam vsurpamus astronomicas, a meridiæ in sequentis diei meridiem supputando, quappter & ordo ille ab 1. ad 24. pertingit, idq; adeo facere maluimus, ne tibi data per nos esset aberrandi occasio, si numeros videris nihilo inter se differentes, dubitare posses ante meridianæ ne essent illæ in angulo cœmuni horæ positæ an pomeridianæ, poteris tamen tuopte marte horam astronomicam ex angulo illo inuentam facillime iuxta tabulam sequentem conuertere in vsualem ante vel post medium noctis.

Horæ astronomicæ à meridie diei presentis in meridiem diei sequentis cœputatæ.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.   1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
Horæ ante mediū noctis dictæ pomeridianæ   Horæ post mediū noctis antemeridianæ dictæ.

Primo hoc loco Canem maiorem posuimus, quem aliàs Alhabor, aliàs Syriū dicimus in configuratione sua stellas habet 18. quarum prima omnium stellarum fixarum toto cœlo lucidissima est.

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M
0	06 25	04 33	02 34	00 24	22 14	20 15	18 24	16 33	14 33	12 24	10 15	8 15
5	06 07	04 15	02 12	00 01	21 54	19 57	18 06	16 14	14 12	12 02	09 54	7 57
10	05 48	03 54	01 50	23 39	21 33	19 38	17 48	15 54	13 51	11 41	09 34	7 38
15	05 30	03 35	01 29	23 17	21 13	19 19	17 30	15 34	13 29	11 18	09 14	7 20
20	05 12	03 14	01 08	22 56	20 54	19 00	17 11	15 14	13 07	10 57	08 54	7 01
25	04 52	02 54	00 46	22 36	20 35	18 42	16 52	14 54	12 46	10 36	08 35	6 43

Canis minor secunda in ordine, eius quocumque Stella fulgida, & hæc Chaldeis quidem Algomeysa, Latinis Canicula, Ante canis, Procanis, Græcis verò Procyon dictus est.

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M
0	07 14	05 23	03 23	01 14	23 04	21 05	19 14	17 22	15 22	13 13	11 04	9 04
5	06 55	05 04	03 01	00 50	22 43	20 46	18 55	17 03	15 01	12 51	10 44	8 46
10	06 36	04 43	02 40	00 28	22 22	20 28	18 37	16 43	14 40	12 30	10 23	8 37
15	06 18	04 23	02 18	00 06	22 03	20 10	18 19	16 25	14 18	12 08	10 03	8 09
20	06 00	04 03	01 57	23 45	21 43	19 50	18 00	16 04	13 57	11 46	09 43	7 50
25	05 42	03 44	01 35	23 25	21 24	19 32	17 42	15 43	13 35	11 25	09 24	7 32

Tertia